

421 cippus magnus. Buccini in massa Ciofi baronis Torella.

D M
IANVARIAE
COIVGI BENE
MERENTI
5 QVINTIANVS
ACT

G. Kaibel descripsit.

422 [= 63*] in pago Lucaniae vulgo S. Gregorio [prope Buccinum] ante ecclesiam S. Gregorii.

IANVARIO · CONDVTORI
TITI · RVFI · RVGGIANI
VIXIT · ANN · XXXI
FECIT · CASINIA · TOLLVSA
5 PRO · MERITIS · ILLIVS
CARISSIMO · CONTVBERNALI

Maurus apud d'Orvillium p. 599.

Prudentius visum est titulum loco non movere, quamquam aut pessime descriptus sit necesse est aut adeo confictus; certe praeter nomina conductor servus merito offendit.

423 ad Buccinum rep. dum via ferrata sternitur.

D M
SVCCESSO
FILIO KARIS
SIMO DEXTE
5 R FIGEL · FE
CIT

G. Kaibel descripsit.

5 *figel(us)* opinor pro figulo.

424 [= 224] Volceis ad S. Spiritum.

ALLIDIAE · C · F · ST^{atu}
TAE · MATRI

Descripsi; recognovit Kaibel.

Supplevi ex n. 446.

425 cippus fastigio arcuato. Buccini in massa Ciofi baronis Torella.

D M
CLEMENTILE
COMICVS
CONSERVAE
5 B M F

G. Kaibel descripsit.

426 [= 227] Volceis in silva Caroli Torella quae dicitur Cioffo GATTA MAVR. In pariete domus KAIB.

D · M
E P I C T E S I D I S
V · A · X · D · XXIII
EPICTETVS · ET · NEME
5 S I S · P A R E N T E S
F I L I A E · K A R I S S I M A E
circinus? labellae?

Recognovit Kaibel. Gatta p. 364 eodemque exemplo Maurus apud d'Orvillium p. 598.

6 RARISSIMAE Gatta Maur.

427 Buccini nel bosco della Manzella.

D M
FORTVNATE QVE VIXIT
ANNIS XXV TVITI///O/
TVCIVM ANN VII CV
5 IVS IVVENTVTEM · ET PR/
//TATEM DOLENTES EXA
//////RMANINSESV
////////IANEIAI///A
//////////ATE · FE///
10 //IIIICONIVGI FE/

G. Kaibel descripsit titulum evanidum.

D(is) m(anibus) Fortunatae, que vixit annis XXV, [fuit in c]o[n]i[u]g[i]um ann(is) VII; cuius iuventutem et pr[ob]itatem dolentes.....

428 [= 232] Volceis ante ecclesiam S. Mariae Colditae.

IVVENTIAE · S
ATVRIAE QVAE
VIX ANN XII IuvEN
TIA RVFINA FIL ca
5 RISSIMAE Fecit

Descripsi.

429 lapis tofaceus litteris non elegantibus, sed antiquioribus. Buccini *vicoletto Casade* in aedium pariete.

MARTIALIS
VIXIT ANNIS
XXVIII
MARTIALIS
5 ET RESTITV
TA PARENTES

G. Kaibel descripsit.

430 litteris non bonis. Bocini in monasterio S. Antonii in claustro intus supra portam quae ad dormitorium ducit.

POSTVMIO
SILVANO
POSTVMIA
MAXIMA · C
5 Q · V · A · XXVIII

Servavit Cittadinus Marc. p. 7.

431 [= 232 adn.] litteris optimis in saxo alto palm. 3¹/₄, largo 2¹/₃, extra Bocinum in ecclesia diruta S. Blasii CITT.; in vinea prope templum S. Viti MAVR.

VINTIAE · M · F
SATVRNIAE
M · VINTIVS · ACCEPVS
LIBERTVS

Cittadinus cod. Marc. p. 8; Maurus apud d'Orville p. 598.

1 VIVTIE CITT. — 3 VIVTIVS CITT. — 'non potest legi an ACCEPVS an ACCEPIVS' CITT. — Putavi olim eandem esse atque n. 428, sed erravi.

432 Buccini in limine aedium prope domum Forcella.

DIO · Q · F
ONI

G. Kaibel descripsit.

XX. Muro.

Muro vulgo credunt Numistrone fuisse, quod oppidum secundum narrationes auctorum in confiniis Lucaniae et Samnii fuit (Liv. 27, 2; Plutarch. Marcell. 24; Frontinus strat. 2, 2, 6); praeterea Numestranos Volcentanis iunctos esse Plinius ait (h. n. 3, 11, 98), ut Ptolemaeus 3, 1, 74 Numistrone errore Bruttiiis adiudicare videatur. Haec igitur opinatio ut certis argumentis destituitur, ita non offendit. Tituli Murenses honores non enuntiant nisi adiecta Potentiae Volceiorumve mentione. De ipsis autem iis titulis non liquet, cum omnes fere proficiscantur ex schedis parum fide ipsosque lapides ut examinaret Kaibelio non successerit impedito turbis civilibus, quibus eae regiones hodie commoventur. Saec. XVIII exeunte scripsisse de Muri anti-

quitibus Michaellem STELLAM ait aequalis eius Laurentius GIVSTINIANI *dis.* 6, 181. Deinde episcopus Murensis FERRONE dissertationi quam instituerat de Consilino et Marcellianis quos inseruit lapides Murenses, eos inde descriptos BONGHIVS misit Borghesio et Kellermanno a. 1837. Proponunt item inscriptiones Murenses quasdam GVARINIVS (iter vagmans. 1 a. 1846 p. 51. 52) et CORCIA (*storia* vol. 3 a. 1847 p. 89. 90), quorum neuter auctorem ponit, sed pendent aperte ex schedis. Meliora sunt quae dedit IANNELIVS descripta sibi a canonico Murensi Iosepho LOMONACO. Hi auctores quo modo affines sint, expedire non potui et in universum satis habui tradita referre, expulsis paucis tantum etiam magis suspectis quam sunt reliquae.